



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Ioannes Escuder n. 62

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Venturos in Indiam Clericos vnus nouæ Religionis in Ecclesia Dei fundandæ illarum Nationum bono. *Euentusque verum Vaticinium probant. Ita Tom. 1. viror. Illust. Soc. vit. S. Xauer. cap. 4. fin.*

61. AB INCOLA ÆTHIOPIÆ, *Qui antequam ope Nostrorum Christo adiungeretur, asseueravit etiam, apud Gallas agens (Populus Æthiopiæ præ cæteris barbarus) Venturos eò breui Sacerdotes albos, qui Æthiopiæ errorum plenam, aliam legem essent edocturi. Sic apud Imag. 1. sæc. Soc. lib. 1. cap. 2. fol. 64.*

Et in Æthiopia.

62. * A IOANN. ESCVDER, *Insignis virtutis Heremita, & ob sanctimoniam, & miraculorum patratiōem magni habitus à Valentinis, inter quos ipse vitam agebat; qui in quadam Epistola ad Mossen Pardum, postquam duorum Regum, & aborum Principum captiuitatem recensisset, sic ait: Fæmina cooperta, & amicta sole parturiens magnos edet clamores, & pariet puerum, qui Mundi gubernacula tractabit: hoc est (inquit ipse) super Romanam Ecclesiam noua quædam orietur Religio, designata, vt in Mundum prodeat, & Apostolorum instar annuntiatura Euangelium, admonituraque fideles, vt fidei sustentaculo innitentes, nec persecutiones timeant, nec fascino filij perditionis: sed vigilantes stent, ne cadant; imminet enim periculum, constitutum in Ecclesia Dei Idolum aliquod, & fortè Pseudo-Pontificem, nisi se ipsum constituat, cogatque in Deum adorari. Tunc apparebit cælestis quidam homo, à quo dissoluentur, enodabunturque Sacræ Scripturæ nodi. Mihi autem persuadeo, hæc omnia breui euentura, nisi sententiam reuocet Deus, vt cum Niniuitis fecit. Spiritus sanctus te custodiat. In Æde S. Christophori de Concen-tayna 23. Octob. 1435.*

Et in Regno Valentino

Sub Mulieris solis amictu specie etiam prædicta

63. * A GASPARE ESCOLANO *Iste propheticus sermo dicti Heremite de Societate explicatur egregiè. Par. 2. Decadis I. Historie Valentinorum per hæc verba: Quod asserit de Religione noua, nouisque hæresibus, videtur nobis depingere Martini*

Lutheri in sequens vestigia eius erroribus opponitur.